

(6)

ΕΤΦΗΜΙΑΤ
IN HONOREM
PII, PRÆSTANTIS, AC
DOCTI IVVENIS, DOMINI ER-
NESTI Homilii SALVE-
DIENSIS,

CVM REVERENDISS.
ET EXCELLENTISS. VIRO D. BAL-
THASARE SARTORIO, SACRAE THEO-
logiæ Doctore, Rectore Magnifico: & clariss. viro D. CA-
SPARO ARNVRO M. Decano spectabili: in illustri
ad Salam Academia liberalium artium & linguarum
Magister declararetur,

ab amicis.

Elaborata & conscripta 15. Calend.

Febr. Anno Epochæ Christianæ. 1586.



J E N Æ,

Excudebat Tobias Steinman.

659

C. 659

Optans Adriacum , ponti mare , flumen & Istri
Celsaq; Bistonia cernere faxa niue .
Hæc oculis loca me vidisse iuuabit , ad vrbis
Martia Romanæ prælia , falsus ait .
Nam scandens Aemum , nebula contecta videbat
Omnia , nec uidit quam pede , calcat humum .
Sic Spes decepit suscepti vana laboris ,
Imperij tenuit qui pia sceptræ , Duce m .
Plebis ab insanis pendens erroribus ægræ
Lubrica fortunæ munera iure petit .
Verum quos vexit virtus super æthera , rebus
Altius humanis exeruere caput .
Et faciunt contra decus haud virtutis amandum .
Hisq; bonis prior est discere cura viris .
Quæ Latiæ te cuncta ferunt fecisse kalendæ
Auxilio superi regis H o m i l i , sacro .
Hinc auersatus timida non mente labores ,
Ornatus , donum dulce , Magister habes .
Ergo tibi grator : tu gaude dignus honore ,
Et cole morigera cum pietate D e v m .

Johannes Puchner F.

A L I U D .

N Omen Pieridum fuisse quondam
Divinum patet omnibus ; nec inter
Mortales potuit patrum hinc ab ævo
Quod præstantius esset , inveniri .
Harum primus Adam fuit peritus
Doctor , qui sobolem sagax figuræ .

E.

Et sacras docuit notas ad aulas
Intravit qnibus impiger supernas.
Hic mystes meruit Sophusq; dici
Divinus : radios enim beatæ
Lucis de ætherea recepit arce.

Hos hausit latices senex Abraham
Cæli sidera dum docens corusci
Monstrat , quando oriantur , & subvndas
Hæc rursum maris occidant vadosi.
Et quædam loca torpeant acuto
Cur constricta rigore ; deinde quædam
Cur sint perpetuis perusta flammis.
Noctis quid geminet vagæ tenebras
Brumæ tempore : candidamq; lucem
Aestivis quid adaugeat sub horis.
Hæc doctrina patrum fuit per orbis
Divulgata locos patentis omnes
Cum Verboq; simul D e i verendo
Antiquo data posteris ab ævo.

Ebræa hanc Pharijs dedit propago ,
Hinc sparsit sua lumina ad propinquas
Terras ; & penetrans sacras ad oras
Phœnicum volat Atticos per agros.
Hinc cessit Latium , migrans ad omnes
Partes Ausoniæ ; nec his morari
Terris tunc voluit, sed hinc ad vrbes
Germanas properans , inhæret istis
Terræ lim itibus, plagas revertens
Donec per Boreæ meet nivosas.

At semper rutilo putantur illi
De cælo geniti , tulere primi
Qui verbi sacra semina ad nepotes :

Sic primis memorantur hinc ab annis
Protoplatus Adam, Sacerq; Abramus
Diuinusq; Ioseph, & altus Atlas.

Sic Carmenta Dea est: Deusq; habetur
Euander, Sophiam dedit priorem
Qui doctam Latio, bonas & artes.

Ac quamuis alij feroce mores
Hoc seculo inualeant; proculq; Musæ
Ascræ licet exulent, nec horum
Cultores vigilis laboris vlos
Fructus percipient: tamen perennes
Artes ingenuas manent honores
Doctrinæq; sui gradus supersunt.
Inuictæ sine liuida solemus
Virtuti inuidiæ nota fauere.
Hæc rerum vario licet tenore
Sit vexata: tamen manet sepulchri
Expers; hanc nec edax premit vetustas.

Viuendo bene qui sibi parauit
Virtutis decus inclytæ, superstes
Atros post cineres erit, nec vniquam
Eius laus Stygias cadet sub umbras.
Viuuit doctus adhuc Maro, Poëta
Viuuit, cui genitalis ora Sulmo,
Viuuit Tullius optimus Latinæ
Linguæ Tullius artifex & auctor.
Virtus sola potest perire nunquam.

Quare te iuuenem refers ab arte
Qui nomen celebre & decus perenne
Felicem quater esse quis negabit?
Pulchri namque tibi gradus coronam
Confert ipse fauens Apollo, summa

Ornandi

Ornandi data cui viros honore
Laudis perpetuo graues potestas.
Stellas & reliquias velut coruscans
Lustrat Leucothoë nitore puro
Quando fert roseis diem quadrigis :
Sic ERNESTE tuum micat sodales
Nomen per reliquos honore magno.
Quot flores Sicula virent in Hybla
Intactæ quot habet ferax Mineruæ
Arbor grana : tot eminent sub alma
Dotes mente tua : quot astra cœlo
Lucent cœruleo , tibi tot artes.

Ergo ERNESTE tibi libens honores
Grator, quos pietas & ardor ingens
Virtutis meruit tibi decoræ.
Hoc nostri siquidem fides amoris
Et victus ratio reposcit vna.
Verum doctisonis opem Camœnis
Non te pœniteat tulisse : ternam
Te gestare dabunt breui coronam
Cum Phœbo, Charites nouemq; Musæ.
Quæ si præcipiti rudiq; vulgo
Sordescant: Domino tamen placebunt
CHRISTO ; Gloria cui placere summa est.

Quod restat, tenues libente versus
Vultu ERNESTE legas, lepore nullo
Sunt tincti, fateor, magisq; culto
Dignus carmine eras: sed ipsa vires
Cum facunda neget Thalia, rectæ
Menti perge modo fauere: satq; est.

Joannes Volckmar L.

A L I

A L I V D.

O Di profanum vulgus & horreo,
Odit quod artes ingenuas, bonis
Linguis quod abstergit decorem
Commoda cumq; favore demit:
Imponit autem splendida sordidis
Et fraude partis nomina numulis,
Famamq; virtutis decoræ
Dicit opum cumulis minorem.

O corda mentis luce carentia,
Quis suasor hujus stulticiæ fuit?
Munus quis immortale donis
Inferius voluit caducis?
Vos, mala captat qui fugientia,
Vel dente tactis cui dapibus rigor
Invasit, aut qui grana gemmæ
Præposuit, docuere patres.

Quare parentes quod sequitur decus
Vestros, manebit vos quoq; filios,
Opprobrium & labes perennis
Oblita stercoribusq; grana.

Gemmata cedent munera Palladis
Contrà ministris, quæ neq; furibus
Sunt apta, nec merguntur vndis,
Nec domibus pereunt perustis.

Quid? tetra Parcæ stamina nesciunt,
Nec cum sepultis antra necis petunt,
Nec tumba quæ funetum cadauer
Contegit hæc quoq; nomen abdit.
Aeterna sed stat laus & honos viris
Summi beatis esse quibus dedit

Cultus

Cultus Dei splendensq; virtus
Cumq; bonis Charites camœnis.
Ergo, sodalis, Pegasidum chorus
A plebe inerti separat artium
Humanitatis te M A G I S T R U M,
Teq; novis titulis coronat,
Quibus moneris te nova munia
Subire, Phœbum ferre polo diem,
Percepta quo reddas vicissim,
Atq; rudes doceas Magister.
Seu forte technas quis logicas velit,
Seu quem cupido per Physices trahat
Abstrusa rimantem vagari
Arua, petat studiumue honesti.
O digne tantis muneribus tuis
Lætare. laudes laudibus amplius
Expande, clarorumq; nomen
Adde tuum numero virorum.

Johannes Theupoltus. H.

A L I V D.

Aγτὴ ἔοι ἀρετὴ ἀρε τιμὴ ἐπαρκίν ἐσίν,
Οὐδὲ δὲ ἐνέργη τύχης πλεόντος λάμπει ἀθαυμέσις,
Μηδὲ ἄρα οὐρένη κενεῶ λαοῖο πρωτεύειν
Αἴνω, γάτι λιλαιομένη ἀλλοτρίεις ἀλκῆς.
Τοῖς ωάμπαν πλέτοις ὑπηρέεσσα ἐοῖτι,
Πήματιν ἀγεμβίης καὶ οἵτοις πάγτεσσιν, ἔργων
Οὔτι μεταπέπεται βροτέων τὴν, εἰδὲ ἀλεγίζει;
Αὐτὸς ἐκτῇ ἀγανᾶς τιμὴ ἀπέσῃ ὅπιδει,
Ηὗ τε μὲν βροτέω αἰεὶ σκιὰ σώματι κέφη.
Καὶ σὺ κατ' αἰσαν νῦν δέχεσαι μεγαλοπρεπὲς εὐχος,

B

Aξα

Αξια τῆς ἀρετῆς, πεδίς τε ἀεθλα κομίζων·
Σύμμερον ὅπῃ δέχη Σοφίης πεικαλέα τίτλα,
Σήματα τ' ἀνθρώπων βελῆ ἐδλῶν τε σέφων τε,
Πορφύρεος τε κάρη πῆλος σέο ἀμφικαλύπτει,
Καὶ καθαρῷ σίλεψ κοσμημένα δάκησα χρυσῷ.
Τόσα δ' ἔτη γόνον ἔχεις ἀεὶ ὅπῃ δόγματι Μεσσῆ
Ηδυεπῶν καὶ ὀπίδηται πλισίστιν ὀτερεῶς.
Αὐτῶν αὐχμητὸς ὡς ἄρρεος ἔργα διώκων
Μακρομένα, μάχεται ἵψ' ἀγδράτι δυσμενέεστιν.
Ως τῶν νωὶ πόνων κτί μοῖραν ἀεθλα λάβοιο,
Τωὴ τὸ φύσιος μυσήρια πάντα μεταλλάγ.
Χάρεις, τίππ' ἀνεμοι πνεύστιν ἐν αἰθέρι λαμπρῷ,
Ταῖα τὸν φέρεις, καὶ ὥθεν νέφη ὑδατόντα,
Κ' ἐδλὸν σῆμ' ἀνέμοιο καὶ ὑετὸν ἐγγὺς ἔοντος.
Ιεις ἀνεγερμένη ἐξ ἐνρυπόροιο θαλάσσης,
Βροῦτή τε σεροπή τε καὶ αἴθαλόντις ὁ κρεανὸς,
Τί θυγατέρας νιφάδας τεύχος, λαμπρῶν τε πορείας,
Οὐρανίας ἄστρων ἐδίης, κύκλους τε πλανητῶν.
Η καὶ ἔπειτα θεῶν ἀγίη μέλεται τέιν ὄμφη,
Ελπομένης θυητὸς οἵη σώζεσα ἀπαντας.

Νῦν ἔπειτα διδαχῆς πάσητι κακομένος ἔοικε.
Παντοῖαις τὸν ἀρεταῖς: πλέκει γρ τοι φοῖβος Απόλλων
Ιμερτὴν τεφάνης, δῆπτι καὶ κιφαλῆφι τίθιστ,
Καὶ σῆστι πραπίδεστιν ἀεθλὸν ὀπεικέ ὀπάζει.
Χαιρεῖ δὲ ἀπαστὸν ἀρα πατείδος ἐυχεῖ σεῖο
Ταῖς: Σαλαΐδεις Νύμφαι γυθεῖσιν ἀπαταμ
Χάρματι, καὶ μεγάλῳ μορμύρῳ ἔρεα πάτεις,
Παρνασσῷ ἀγίῳ καὶ ἐριζέμεναι ποθέοντι.
Καὶ γὰρ ἔχειν μέγα κυδίωσι δάκυρος ἀνδρεῖο.
Τέγενά τοι τῷ μῷ αἵτινε φειλαμένη κῆρε.
Χαίρω, ἐκ θυμῆ γυθίστας κύδει σεῖο,
Κ' εὔχομαι, ὡς εὖχος τῆτο θυητοῖσι βροτοῖσι.
Χειρίσμη, καὶ τωὴ κέχαριτμένα καὶ φίλα ἔρδυς
Τψιμέδοντι θεῷ καὶ αὐτῷ πειθόμονι κῆρε
Δουλέυης τότε δύναμι διαμαρτῆται πρατα πάντα
Αὐτός τοι τάσα δώσει ὅσα φρεσὶ σῆσι μενονάσ.

Joannes Pontanus.

ALI

ALIVD.

CV m decima octaua Iani lux candida fulget,
Quartaq; post Linum dicitut orta dies:
Terra tumet niuibus, glaciali frigore lympha
Horret, & immitis pigraq; venit hyems.
Non violas pueriq; legunt hilaresq; puellæ,
Fertilis, occultas occupat, herba vias.
Piëris ecce tamen tibi fert E R N E S T E coronam
Contextam violis, purpureisq; rosis.
Dicens: qui baccis lauri contentus abibas,
Quas vbi nostra dabat vere tepente, manus.
Nunc age purpuream, Phœbo, donante, coronam
Accipe, Piërij cura salusq; chori:
Non sunt hoc nostri collecti tempore, flores
(Flores Flora suas iam quoq; nescit opes.)
Vnà cum reliquis, numerosa æstate, sed istos
Collegi Musis, Piëridumq; patre.
Victura inde feres laudatæ nomina famæ,
Producetq; æuum Parca seuera tuum.

Sigismundus Mollerus.

Varnrodenis.

ALIVD.

QVAE tibi vota dedi redimoto tempora Lauro,
Gaudeo successus non habuisse malos.
Exitus accessit verbis, adduntut honoris
Præmia primitijs splendidiora magis.
Nam, qui, Musarum è castris, tibi primus ab ipsa
Arte dabatur honos, nil nisi Laurus erat.
Nunc, quia tractasti Phœbeas acrior artes,
Ingenua tibi honor maior ab arte venit..

B. 2

Hinc

Hinc decus ex auro digitos insigne coronat,
Atq; tuum vestit purpura rubra caput.
Illa, tuæ quæ sunt præconia maxima laudis,
Nomina designant clara Magisterij.
Quid iuuet, à teneris didicisse fidelius artes,
Atq; suas vires exseruisse, vides.
Non tibi, ni duros subijsses sæpè labores,
Splendida doctrinæ nunc data dona forent.
Non essem generi decus immortale, nec esset
Spectator laudis patria terra tuæ.
Gloria certa manet Musarum castra secutum,
Constat enim segnes laude carere viros.
O te felicem, rigidos superando labores,
Egregium tibi qui nomen ab arte facis.
Sic, quæ doctrinæ de te spes magna refulsit,
Et patriæ, atq; tuis, vera reperta fuit.
Macte bonis animi, Phœbi retinere studetō
Dona, nec hæc reddi deteriora sine.
Quin potius, doctæ teneas cum Palladis artes,
Nitere ab ingenio clariores esse tuo:
Nitere, sectatusq; tui vestigia patris,
Impiger hunc spreto disce labore sequi.
Sic patriæ, generi, serisq; nepotibus addes
Et tibi, victurum post tua fata, decus.
Ergò, quò melior nunc fors mea verba sequatur,
Nuncupo pro titulis, vota secunda, tuis.

Johannes Rudiger
Salueldiensis.

F I N I S.